Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26437
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Principes patrum dederunt impensas templi. auri solidos .xl.
milia. ymille. argenti minas .v. milia. et uestes sacerdotales .c. Aur ⁊ argentum ⁊ uestes principes patrum. secundum uires
suas in impensas operis templi offerunt. cum sci uiri quoque sapientie. eloquentie.
⁊ actionis bone. perpetuum. bni uiuendo in edificatione fidelium profe
runt. Certum est auri ⁊ argenti pondus certus numerus sacerdotalium
uestium. ut sciamus dni cogitationes. ⁊ sermones. ⁊ actus nosse.
et digne remunerari

Fundato templo omnis populus uociferabatur clamore magno in
laudando dnm. eo quod fundatum esset templum dni. Plurimi
etiam de sacerdotibus ⁊ leuitis. ⁊ principibus patrum. ⁊ seniores qui uiderant
primum cum fundatum esset ⁊ hi templum in oculis eorum. flebant uoce magna.
In edificatione templi spiritualis. flent magnum simul ⁊ letitia nascitur principi
bus Gaudent enim predicatores in salute penitencium. si lugent et unus
penitenda miserit. Exultant ipsi de salute eorum et penitentia
sua a morte aie surrexerit. lugent quia peccando innocentiam
perdiderunt. Letantur neophiti gratia redempti se collectos esse do
lent se cum humano genere in primo parente pulsos. ⁊ quasi corruptu
ab hostibus templum dei. statim. s. corpus ⁊ aie immortalis. in babilonem.
i. in confusionem primus exilium tristium esse. Si quia crescentibus bo
norum profectibus. crescunt mundia malorum. nunquam augmenta prorum.
desunt temptamenta puorum. quia uel bonum facere obstinendo. uel ap
te malum ingerendo. scos ledere conentur. recte subiungitur:

Audierunt hostes iude ⁊ beniamin
quia filii captiuitatis edificarent templum domino deo israel.
et accedentes ad zorobabel. ⁊ ad principes patrum dixerunt eis.
Edificemus uobiscum. quia sicut uos querimus dnm uestrum. Hostes iu
de ⁊ beniamin. samaritas dicit. quos captiuatis .x. tribus. rex
assyriorum de diuersis gentium populis. in ciuitates eorum et tras tul
tulit. quia postea accepta lege dei. ex parte seruabant nec